



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Qvis Est Vvvs Nominis Fidei?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

nim ideo annuntiatur remissio, ut maneat peccatum & mors, sed et ipsa aboleantur, & iusticia & uita æterna restituantur. Cum igitur de iustificatione peccatoris dicitur, necesse est semper primum cogitare de remissione peccatorum & de reconciliatione, iuxta promissionem. Quia etiam si haberemus omnes Angelorum uirtutes, & non sciremus nos placere Deo, nullam consolationem haberemus.

Iudeo iuxta Paulum semper hoc modo definimus iustificationem: Iustificatio est acceptio remissionis peccatorum & reconciliationis seu acceptationis gratuitæ propter filium Dei, quæ cum fide accipitur uerissimum est simul filium Dei corda uiuiscare, dicere consolationem in cordibus per Euangelium, & Spiritu sancto accendere tales mors, qualis est ipse, iuxta dictum: Dabo legem meam in cordum. Quia igitur necesse est accipi remissionem peccatorum, & nouitas non est integra in hac vita, Paulus nominat imputationem iustitie, reconciliationem, qua propter mediatorem recipimus.

QVIS EST VVSVS NOMI  
nis Gratiae?

GRATIA apud Paulum in hac doctrina significat Ebræa phrasis misericordiam gratuitam, videlicet remissionem peccatorum & reconciliationem, seu acceptationē gratuitam propter filium Dei, que cum fide accipitur, simul filius Dei uiuiscat corda, & per Euangelium dicit consolationem in corde, & accendit Spiritu sancto tales mors, qualis ipse est. Sic nominat Paulus gratiam, & donum per gratiam, ut supra dictum est.

QVIS EST VVSVS NOMI  
nis Fidei?

FIDE est assentiri omni verbo Dei nobis tradito, atque ita promissioni gratiæ, & est fiducia acquiescens in Deo, propter filium, accedens ad Deum, & inuocans eum, & clamans Abba Pater, quæ sentitur in creditibus, & in ueris paucibus assert consolationem & leticiam, iuxta dictum: Iustificati fide pacem habemus. COMPLACITIMVR ergo appellatione fidei omnes articulos simul, & dominatum hunc articulum: Credo remissionem peccatorum, & uitam æternam, qui sic intelligendus est in uera conuersione: Credo remissionem peccatorum non tantum alijs dari, sed mihi quoque. De hac fide, qua sibi unusquisque in conuersione & consolatione promissionem applicat, loquuntur Paulus Rom. 4. Ideo ex fide gratis, ut sic summa promissio. Promissio autem & cæteros articulos Symboli continet. Hæc plana & perspicua sunt in uera consolatione & in uitatione. Ad discrimen conspicere necesse est, inter noticiam hi. fortis, qualis est in Diabolis & impijs, & hanc fidem, quæ simul &

historiam nouit, & est assensus, quo promissionem gratia amplificatur, & fiducia qua agnoscentes promissionem, acquiescimus. Alietur in Deo propter Filium. SINT igitur in conspectu hanc dicta: Dæmones credunt & contremiscunt, id est, non sunt hilares, & eo furiosius irascuntur, quia certo norunt, Filium Dei iudicatum esse, & prospiciunt suas penas, quibus in tota æternitate crucifiguntur. Promissionem vero gratiae sciunt ad solos homines pertinere, iuxta dictum: Qui propter nos homines, & propter nostram filiam descendit de celis, &c. Hæc noticia in Diabolis in infinitum nondem est ab hac fide, de qua dicitur: Iustificati fide pacem habemus, quæ est assentiri omnibus articulis Symboli & promissioni, & qui credis, tibi ipsi remitti peccata, cuius fidei proprietates dulcissime citantur Ephes. 1. cum inquit, Nos hac fide habere ~~wag~~ opus diciam accendendi ad Deum. Saul oppressus dubitatione horribiliter fugit Deum, oportet se redigi in nihilum, sicut scriptum est: Dicent montibus, cadite super nos. David autem audita consolatione, erigitur fide, accedit ad Deum, & audet invocare, sicut inquit: Sufficiunt anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in Domino, à vigilia matutina usq[ue] ad noctem. Et hoc simul ipse filius Dei dicit consolationem in corde tuo, & vivificant te, & emittat te ex inferno, ac offendit misericordiam Patris voce Euangelij, & dicit Spiritum sanctum læificantem nos. Ideo inquit Paulus Ephes. 6. habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Et Iohannes 4. In hoc scimus, quod in eo manemus, & ipse in nobis, quia ex spiritu sancto dicit nobis. Et Athanasius inquit: Vbi cunq[ue] dicitur Spiritus sanctus in aliquo esse, ibi est per verbum. DIFFERAT igitur fides, de qua dicitur: Iustificati fide pacem habemus, à notitia, qualis est iniurias, obiecto & causa efficiente. Quia vera fides intuetur promissionem, & accenditur per filium Dei, qui Spiritu sancto confortatur, & adinvocationem exuscitatur.

QVOMODO ACCIPIT HOMO REMISSIONEM PECCATORUM, & RECONCILIATIONEM seu IUSTIFICATIONEM, & DONATIONEM SPIRITUS SANCTI & VITÆ ÆTERNÆ?

RESPONDEO. Homo in conuersione, id est, in verbis doloribus & paucoribus accipit remissionem peccatorum, propter mediationem filii Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Deum & hominem, gratis, sola fide, non propter propriam dignitatem, seu propter virtutes proprias, aut propria opera seu merita. Et in his paucoribus semper sit in conspectu discrimen legis & Euangelij, & sciamus amandum & imitabile mandatum Dei esse, vt credamus nos recipi possemus.